Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

habeat · & unaqueq: uirum suum habeat · Uxori uir debitum
reddat · similiter autem & uxor uiro · Uxor non habet potestatem
corporis sui sed uir · Nolite fraudare inuicem nisi ex consensu
ad tempus · ut uacetis orationi · Et iterum ad id ipsum estote rursum
Ne uos tentet satanas propter incontinentiam uestrum · secundum
haec uerba apostolica · & iam si seipse continere uoluisset · & tu
noluisses · debitum tibi reddere cogeretur · & illi dici imputaret
continentiam · si non suae sed tuae carnis infirmitati · nec in
adulterii damnabile flagitium cadere es maritalem tibi
concubitum non negaret · Quanto magis te quam magis
subiectam esse decuerat · ne ipse quoq: in adulterium diabo
lica tentatione trahebatur · In redendo huiusmodi debito
uoluntati eius obtemperare conuenerat · cum tibi uoluntatem
continendi acceptare dici · quia propterea non faceres ne perire
maritus · Sed hoc ut dixi omitto · quum postea tibi nolenti
sibi ad reddenda coniugalia debita · consentire ad eadem conti
nentiae pactai ipse consensit · & tecum continentissime diu
uixit · suo que consensu a peccato illo quo ei debitum carnis
negabas ipse te absoluit · Non ergo iam in tua causa ista
uestitur quaestio · utrum redire debeas ad concubitum uiri ·
Quodenim do pari consensu ambo uouerastis · p seuerant usque
in finem reddere ambo debuistis · A quo proposito si lapsus est
ille · tu saltem constantes simep seuere · Quod te non exortare
nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat · Nam si numquam tenuisses
eius ad sensum · numerus tenuisses defendisses annorum ·
Sed post quantum lib tempus me consuluisses · nihil tibi
aliud responderem · nisi quod ait apostolus · Uxor non habet
potestatem corporis sui · sed uir · De qua potestate sic tibi
iam promiserat continentiam · ut eum tecum & ipse susciperet ·
Sed illud est quod minus te obseruasse contristor · quia tanto